tum religionem uite ratio, ut eamq; turbata restitueretur. Synodum
hanc igitur breuem, in qua tanquam inspeculo quisq; quid sibi con-
ueniat, quidq; deceat cognoscere, dabat, multis lucubrationibus
computatam, ac mira latinitate donatam, litteris mandauit: ut que
ad moderandos hominum mores, ad restituenda collabescentem beneuiuendi disciplinam, omnesq; in officio continendos in Synodo abeo
rane primum ~~edita~~ facta sancita sunt, ea sic omnibus in promptu se se in
gitur offerrent, ut indè sine ullo negocio tam salutaria malorum quæ
reliqui temporis uitiorum, et incommodorum cautio deprometur.
~~Quoniam~~ autem est omnium communis sententia, in agendo de re quapiam
primum de eius origine, ac institutione eius agendum, ut ordinem inuenia
mus, cuius ubide concilia, et conuentus haberi ~~decent~~ consueuerint,
nobis ent breuiter aperiendum. Dicimus igitur, institutionem conuenie
endi, et habendi conuentus, uelut non prestantem, ac per utilis flu
xisse à Deo, ut à fonte omnis sapientiæ: quoniam omne datum op
optimum, et omne donum perfectum desuper est descendens a Patre lu
minum. Et Dominus noster, cum esset in hac carne mortali, concilia, con
uentus: Dominum ceteris, Synodos comprehendit, inquiens, ubi fuerint duo
uel tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorum ego sum.
Deo ita post Christi ascensum his uerbis ducti Apostoli, septem
concilia diuersis temporibus habuerunt. In primo Matthias in colle
gium Apostolorum, à quo Iudas defecerat, est cooptatus. In secun

In secundo septem diaconi, qui Christi discipulorum ~~o~~ mensis inseruirent
sunt electi. In tertio Petrus, et Ioannes uelut ceteris aptiores in Sama-
riam: ut in ea credentes acciperent spiritum sanctum, sunt missi.
In quarto ne grauè, et intollerandum legis mosaicæ iugum gentibus im-
ponerentur fuit decretum. In quinto Paulus uocauit maiores natu
ecclesiæ episcopi: ut coram eis de optima illorum ecclesiæ administratio
ne orationem haberet, quam quidem orationem, arbitror, non latuisse
prælum nostrum amplissimum, cuius quidem orationis, inter alia,
hæc sunt uerba precipua: Attendite uobis, et uniuerso gregi, in quo uos
spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit
sanguine suo; reliqua eius orationis non persequor: quoniam, quæ Dei
est benignitas, huic nostræ ecclesiæ minimè conuenient: non enim sunt
hic ubi, loquentes peruersa, post se discipulos abducentes. Sextum
fuit habitum Hierosolimis, euellendæ officiorum gratia, quam quidem
contra eundem Paulum comprehendebant, ubi, ut punieretur, fuit
decretum. Septimum, et ultimum concilium Apostoli habuerunt, quando
profecturi per uniuersum mundum symbolum elegerunt, ac non nullos
canones constituerunt. Sancti uero deinde habentes ecclesiæ Patres, post
multas persecutiones aliquantulum quiescentes conuenire, concilia
habere, in quibus pro uanietate euenientium ecclesiæ negociorum, sana
decreta, legesq; sanciebant, incepere. Quo circa tum de sacramentis
ad fidem nostram spectantibus, tum de Christianis moribus multi, uarijq;

canones